vt sterneret mihi asinum ⁊ descendēs
abirem cum rege. Claudus enim sum
seruus tuus. Insuꝑ ⁊ accusauit me ser
uū tuū ad te dn̄m meū regem. Tu autē
dn̄e mi rex sicut angelus dei es· fac qđ
placitū est tibi. Neq3 enim fuit domus
patris mei nisi morti obnoxia dn̄o meo
regi: tu aūt posuisti me seruū tuū inter
cōuiuas mēse tue. Quid ḡ habeo iuste
querele· aut quid possum vltra vocifera
ri ad regem? Ait ergo ei rex: Quid vl/
tra loqueris? Fixū3 est qđ locutus sum
Tu ⁊ siba diuidite possessiōes. Respō/
ditq3 miphiboseth regi. Etiam cuncta
accipiat postq̄3 reuersus est dn̄s meus
rex pacifice in domum suam. Berzellai
quoq3 galaadites senex valde· descēdēs
de rogelim traduxit regē iordanē para/
tus etia3 vltra fluuiū ꝓsequi eu3. Erat
autē berzellai galaadites senex valde· i·
octogenarius· ⁊ ipse prebuit alimēta re
gi cū moraref̄ i castris. Fuit quippe vir
diues nimis. Dixit itaq3 rex ad berzel/
lai. Ueni mecū vt requiescas secur⁹ in
hierusalem. Et ait berzellai ad regem:
Quot sūt dies annoꝝ vite mee vt ascē/
dam cū rege in hierusalē? Octogenari
us sum hodie. Nunquid vigent sensus
mei ad discernendū suaue aut amaru3·
aut delectare potest seruū tuū cibus aut
potus· vel audire possum vltra vocē can
torū atq3 cantatricu3? Quare seru⁹ tu⁹
sit oneri dn̄o meo regi? Paululū ꝓce
dā famulus tu⁹ ab iordane tecū. Nō in
digeo hac vicissitudine: sed obsecro vt
reuertar seruus tuus· ⁊ moriar i ciuita/
te mea ⁊ sepeliar iuxta sepulcru3 patris
mei ⁊ matris mee. Est aūt seruus tuus
chamaan ipse vadat tecū dn̄e mi rex· ⁊
fac ei quicquid bonu3 tibi videf̄. Dixit
itaq3 ei rex: Mecū transeat chamaā· et
ego faciam ei quicquid tibi placuerit ⁊
omne qđ petieris a me ipetrabis. Cūq3
transisset vniuersus populus ⁊ rex ior/
danē· restitit ⁊ osculatus ē rex berzellai

⁊ benedixit ei· ⁊ ille reuersus est in locū
suū. Trāsiuit ḡ rex i galgalā ⁊ chamaā
cū eo. Oīs aūt populus iuda traduxe/
rat regē· ⁊ media tantu3 ꝑs affuerat de
populo israel. Itaq3 oēs viri israel con
currētes ad regem dixerūt ei: Quare te
furati sunt fratres nr̄i viri iuda· ⁊ tradu
xerūt regē ⁊ domū ei⁹ iordanē· oēsq3 vi
ros dauid cū eo? Et rn̄dit oīs vir iuda
ad viros israel. Quia mihi ꝓpior ē rex.
Cur irasceris suꝑ hac re? Nūquid co/
medimus aliquid ex rege· aut munera
nobis data sunt? Et rn̄dit vir israel ad
viros iuda ⁊ ait: Dece3 ꝑtibus maior
ego sum apud regē: magisq3 ad me ꝑti
net dauid q̄3 ad te. Cur fecisti mihi iniu
riā· ⁊ nō mihi nunciatū est priori vt re/
ducerē regē meū? Durius aūt rn̄derūt
viri iuda viris israel. CXX

Accidit quoq3 vt ibi esset vir be
lial noīe siba fili⁹ bochri vir ge
mine⁹· ⁊ cecinit buccina· ⁊ ait:
Nō ē nobis ꝑs i dauid neq3 hereditas
in filio isai. Reuertere in tabernacula
tua israel· Et sepatus ē oīs israel a da/
uid: secutusq3 ē siba filium bochri: viri
aūt iuda adheserunt regi suo a iordane
vsq3 hierusalē. Cūq3 venisset rex in do/
mū suā i hierusalē tulit dece3 mulieres
cōcubinas quas dereliquerat ad custo/
diendā domū· ⁊ tradidit eas in custodi
am alimēta eis ꝓbens. Et nō ē ingres/
sus ad eas sed erāt clause vsq3 in diem
mortis sue in viduitate viuētes. Dixit
aūt rex amase. Cōuoca mihi oēs viros
iuda i diē tertiū· ⁊ tu adesto ꝓsens. Ab/
iit ḡ amasa vt cōuocaret iudā ⁊ morat⁹
est extra palatiū qđ ei constituerat rex.
Ait aūt dauid ad abisai: Nunc magis
afflicturus est nos siba filius bochri q̄3
absalon. Tolle ḡ seruos dn̄i tui ⁊ perse
quere eū: ne forte iueniat ciuitates mu
nitas ⁊ effugiat nos. Egressi sunt ergo
cū eo viri ioab cerethi quoq3 ⁊ felethi·
⁊ omnes robusti exierūt de hierusalem

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0290
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG